Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Acatii martyris. quarta kalendas aprilis

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

non poſſit · mittenſ rogabat imperato
rem · ut eccleſiaſ aperire iuberet · Man
dauit uero imperator · ego nec cludi nec
aperire precipio; Iterum mandauit ei ·
Propter te inquit imperator iſta patior ·
& male conſumor; Iterum remandauit ei
imperator dicit; Incredulus inquit fu
iſti deuſ · ob hoc iſta pateriſ tormenta ·
multiſ diebuſ: Infelix quidem iulianuſ
multiſ diebuſ cruciatuſ · diuerſaſ accipi
enſ eſcaſ ſuo tamen paſtuſ eſt fichoto ·
ſecundum prophetiam beatiſſimi martyriſ
totuſ a uermibuſ comeſtuſ eſt & mortuuſ eſt
Audienſ uero iulianuſ imperator dixit;
Quia non fuit fideliſ deuſ · ideo iſta perper
ſuſ eſt; Nam poſt paucum tempuſ iuli
anuſ profectuſ ad bellum aduerſuſ perſaſ
non ualuit ſuperare eoſ; Et cum omnia
ſe obtinuiſſe putaſſet · ſubito ei irruit
multitudo exercituſ angelorum & timo
re perterrituſ ſuum exercitum armari
praecepit · Neſcienſ infelix quia caeleſtiſ
militia apparuerat ei · & ſubito ueniens
ſagitta de aere · percuſſit eum in mamilla
Cumque ſanguiſ influeret · aſpicienſ putauit
ſe dominum & iram uidere · implenſ manum
ſuam de ſanguine · iactauit in aera dicenſ;
Uſque Magonem galileae perſequeriſ & iam
hic denegabo · Satiare de cetero xpe · quia
ſuperaſti me · & ſic ueniens in quadam ciui
tatem crudeliter mortuuſ eſt · & tota
prophetia beati martyriſ theodoriti im
pleta eſt; Noſ qui in anthiochia in palatio
eramuſ · & cum eo in perfidia fuimuſ licet
peccatoreſ ſerui dei · haec quae geſta ſunt
circa famulum dei theodoritum decima
kl aprilis uera conſcripſimuſ · ut legen
teſ noſ memoreſ eſſe dignentur & eiuſ edoc
ti exemplis paſſioniſque participeſ inuenia
mini · in laude & gloria domini noſtri ieſu xpi · cui
gloria & poteſtaſ in ſecula ſeculorum amen;

EXPLIC PASS SCI THEODORITI
INCIPIT PASSIO SCI ACATII
MARTYRIS · QUARTA KL
APRILIS ·

QUOTIENS CUMQUE SERUORUM
dei glorioſa facta memoramuſ illi
re ferimuſ gratiaſ · qui & patientem
tuetur in poena · & uictorem coronat in glo
ria; Martianuſ itaque conſulariſ a decio
imperatore prouectuſ xpianae legiſ inimicuſ
acacium ad ſe iuſſit adduci · Quem ſceuum
quendam & refugium illiuſ regioniſ audie
rat · eo introducto ad ſe ait · Debeſ amare
principeſ noſtroſ homo romanuſ legibuſ uiuenſ;
Respondit acacius & cui magiſ cordi eſt uel
a quo ſic intellegitur imperator quemadmo
dum ab omnibuſ xpianiſ; Adſidua enim
nobiſ pro auguſto oratio eſt ut prolixum eum
in hac luce conficiat iuſta populoſ poteſtate
moderetur · & pacatum maxime imperii ſui
tempuſ accipiat · deinde pro ſalute militum
pro ſtatu orbiſ & mundi · Martianuſ ait · Hec
& ipſe conlaudo · ſed ut obſequium tuum ple
nius imperator agnoſcat · ſacrificium illi
ſolue nobiſcum · Acatiuſ dixit · Ego deum
meum qui et uerus & magnuſ pro ſalute regiſ
obteſtor · ſacrificium uero nec ille exige
re nec noſ debemuſ ſoluere · Quiſ enim
homini ſacra perſoluat; Martianuſ reſp
Cui deo precem fundiſ ut ipſi & noſ uota
ſoluamuſ; Acatiuſ dixit · Opto te ſcire
quod proſit · & deum qui eſt uerus agnoſcere ·
Martianuſ ait · Nomen eiuſ mihi enuntia ·
Acatiuſ dixit · Deuſ abraham & deuſ iſaac & deuſ
iacob · Martianuſ ait · Deorum ſunt iſta
nomina; Acatiuſ dixit · Non iſta · ſed qui
locutuſ eſt iſtiſ · Ille eſt deuſ uerus · illum time
re debemuſ; Martianuſ ait · Quiſ eſt iſte;
Respondit acatiuſ · Altiſſimuſ adonai ſedenſ
ſuper cherubim & ſeraphim · Martianuſ
ait · Quid eſt ſeraphim; Respond acatiuſ;

Altiſſimi dī miniſter & excelſe ſedis antiſtes: Martianus ait. Quiete philoſophię diſputatio uana decepit. Sperne inuiſibilia potius & deos quos aſpicis recognoſce. Reſpondit acatius; Qui ſunt illi quibus ſacrificare me praecipis: Martianus ait; Centeſio apollini ſeruatori nr̄o famis & peſtilentiae depulſori · per quem omnis mundus ſeruatur & regitur; Reſpondit acatius; Illius ur̄ę ⁊ irpitatis interpreti qui infelix cum puellulę amore flagraret & currebat attonitus ignarus perditurum ſe optatiſſimam praedam; Apertum ē itaq; quod nec diuinus fuit qui iſta neſciuit · nec dṡ quem puella decepit · Nec hoc ſolum doloris excepit · crudeliori illum damno mox fortuna mulcauit; Nam ut erat turpis in pueros · forma iacinti cuiuſdam captus ut bene noſtis incaluit & miſer atq; ignarus futuri diſco · illum quem uidere optabat occidit · Ipſe quicũ neptuno aliquando ſeruiuit · ipſe qui pecora aliena ſeruauit · hunc ſacrificare me precipis: An tolu pro fulminato · An adultere ne meſi & portentis caeteris · ut huius uitae uel huius exitii adorabo · Ergo eos quos non dignos imitari quos contempno · quos accuſo · quos horreo · quorum facta nunc ſiquis amittat ſeueritatis urae non poterit leges effugere & modo in aliis colitis quos in aliis uindicatis; Martianus ait · Xp̄ianorum conſuetudo hec eſt · multa in deos nr̄os maledicta confingere propterea te uenire mecum ad iouem iunonemq; precipio · ut ſimul celebrantes dulce conuiuium · numinibus quae ſunt digna reddamus · Reſpondit acatius · Quomodo hunc ſacrifico illi cuius ſepulchrum eſſe conſtat in crete · numquid reſurrexit a mortuis: Martianus ait · Aut ſacrifica · aut morere · Reſpondit acatius; Hoc & dalmatę faciunt latrocinandi arte callentes · ubi anguſtias uiarum · & ſecreta tennerit loca obſederint ad nocendum uenantes ſingulos tranſeuntes · & ut quiſq; illuc uiator pedem tulerit · hac pactione conſtringitur · ut aut pecuniã [illegible] relinquat aut uitam; Nemo itaq; ibi quid ſit rationis interrogat · ſed quid poſſit ille qui cogit · ſimilis ē tua ſententia qui aut iniuſta impleri precipis aut minaris exitium · nihil formido nihil timeo ius publicum punit ſcortatorem adulterem furem corruptorem ſexus uirilis · maleficum & homicidam; Horum ſi reus ſum ante uocem tuam iam me ipſe contempno; Sin uero quod dm̄ qui eſt uerus colo ducor ad poenam · non legis ſed iudicis uoluntate condemnor · pp̄heta clamat interminans non eſt qui exquirat dm̄ · omſ declinauerunt ſimul inutiles facti ſ · ideo purgare te non potes · Scriptum ē enī; ſemper Omnis in quo iudicat · ſic & iudicabitur · & iterum · Ut iudicas ſic iudicaberis · & ut feceris ſic & erit tibi; Martianus ait; Ego non ſum iuſſus iudicare · ſed cogere; Unde ſi contempſeris · certus eſto de poena; Reſpondit acatius; Et mihi preceptum eſt ne quando dm̄ meum negem; Si tu ſeruus homini fragili atq; carnali · cito ab hoc ſeculo receſſuro quem mox uermibus ſcis edendum · quanto magis ego potentiſſimo dō oboedire debeo · cuius uirtute firmata ſunt omnia quae conſtant in ſeculo · & cuius illud eſt dictum; Qui me negauerit coram hominibus · & ego negabo illum coram patre meo qui ē in caelis · quando uenero in gloria & uirtute praedicta iudicare uiuos ac mortuos; Martianus ait; Quod diſcere ſemper optabam · Repente con

fersus es errorem uitae persuasionis &
legis. Hab& ergo ut dicis filium dī. Aca
tius respondit; Hab&. Martinianus dic.
Quis est filius dī? Respondit acatius; Uer
bum ueritatis & gratiae. Martinianus dic.
Hoc hab& nomen. Respondit acatius. Non de nomi
ne interrogaueras. sed de ipsa filii potesta
te. Martianus ait; Nomen explana.
Respondit acatius. Ihs xps uocatur; Mar
tianus ait; Ex qua dī uxore conceptus ē?
Respondit acatius; Non hominum more
ds filium ex muliebri cottu genuit. sed
adam primum dextera sua faciente for
mauit. Nam absit ut tam uestati diui
ne contactum puelle mortalis adfirmes.
luto primi illius hominis membra compo
suit. & ubi integrum iam conpleuerat
effigiem animam spmq; concessit. sic &
filius dī uerbum ueritatis ex dī corde
processit. ideo scriptum ē; Eructauit cor
meum uerbum bonum. Martianus ait;
Corporalis igitur ds est? Acatius dixit.
Ipse solus agnoscit. Nos uero non agnosci
mus inuisibilem formam. sed uirtutem
potentiamq; ueneremur; Martianus
ait; Si incorpore non ē & iam cordis igna
rus est. Nam sensus non potest ee sine
membris. Respondit acatius; Non in his
membris sapientia nascitur. sed a dō dat.
Quid ergo pertin& corpus adsensum? Mar
tianus ait; Catafrigas aspice homines re
ligionis antique. ad mea sacra conuer
sos. Reliquisse quod fuerant & nobiscū
dis uota persoluere. & tu similiter pa
rere festina. omnes catholice legis
collige xpianos. & cum his religionē
nri imperatoris imitare. uenia tecum
totus populus qui ex tuo pendit arbitrio.
Respondit acatius; Illi omnes non meo nu
tu. sed dī praecepto reguntur. Audiunt
me itaq; si iusta persuadeam. si uero
peruersa & nociua contempnunt; Mar
tianus ait; Omnium trade mihi nomina;
Respondit acatius; Nomina eorum caeles
ti libro indita & diuinis sunt paginis ad
notata. Quomodo ergo oculi mortales as
piciunt quod inmortalis uirtus dī & inuisi
bilis adnotauit? Martianus ait; Ubi sunt
magi socii artis tuae. uel doctores huius
artificiosae fallatiae? Respondit acatius.
Nos a dō & meruimus omnia. & meremur.
secte uero magicę artis horremus. Marti
anus ait; Ideo magi estis quia nouum ner
cio quod genus religionis inducitis. Respnd
acatius. Illos destruimus. quos uos prius
facitis sic timetis. Deficient enim uobis
dii. Sicut artifex saxo aut saxum non ha
bundauerit artifici; Timemus enim illum
non quem fabricamus. sed a quo fabrica
ti sumus qui nos creauit ut dns. Amauit
ut pater & ab eterna morte quasi bonus
patronus eripuit; Martianus ait. Da no
mina. ne poenae ipse succumbas. Resp
acatius; Ante tribunal ipse adsisto. &
nomen inquiris? Ansperas quod multos
ualeas uincere quem ego solus extinguo.
si cordi tibi nomina sunt acatius dicor;
Et si proprium meum nomen exploras uo
cor agathus angelus & pluso traiani & erū
eps & menanter prb. fac itaq; quod pla
c&. Martianus ait. Recipieris in car
cerem ut imperator gesta cognoscat.
& ex eius nutu quid de te agi debeat decer
natur; Lectis itaq; omnibus gestis decius im
perator altercationem tam celebrē respon
sionis admirans. uersus in risum ē. & mar
tiano mox praefecturam pamphiliae dedit;
Acatium uero uehementer admirans esti
mationi propriae & legi suae reddidit;
Acta confecta sunt martiano consu
lare sub imperatore decio. IIII kl. aprl.

EXPLICIT PASSIO SCI ACATII.